

Sed ratio docuit animam esse incorpoream id est nec corpus nec aliquid membrum habere. ideo constat eam illocaliter esse. non enim spatium aeris ut corpus occupat. nec corpus ut aqua utrem implet. si ut calor illocaliter totum in se habet. ita anima totum corpus possidet. Igms quidem est sensibilis. sed calor inuisibilis et sensibilis. et quodammodo igne vivificans. ita anima inuisibilis sed sensibilis visibile corpus quadam occultavi sensibilis. Hec quoque est passibilis. Omne enim quod merore afficitur passibile est. Sed anima dum sine voluptatibus compos non efficitur dolore tristitie afficitur. ideo passibilis esse conuincitur. Ab hac quantitas excluditur dum nec altitudine vel latitudine aut longitudine metitur. nec sex circumstantiis ante et retro dextrosu et sinistrosu sursum et deorsum includere se patitur. Qualitas etiam forme vel coloris ab hac secermitur dum nulla forma vel humani corporis vel ullius colorat. rei illi ascribitur. Hec est memorabilis quia praeterita recolligit. est rationalis quia praesentia discernit. est intellectualis quia futura intelligit. Hanc immortalis hinc constat. quia memoria sui apud posteros penitus durare laborat. Quid sit angelus. ca. vi.

Angelus autem spiritus est substantia incorporea inuisibilis sensibilis rationalis intellectualis immortalis. bonorum lucida et impassibilis. materialium tertia et passibilis. Sed videndum est utrum

aliqua substantia talis in rebus creatis esse credatur. cum a nobis nunc videatur. Anglos esse ipsa insensibilia probant. quod tam certa sui motus lege observant. Omne quippe quod movetur. aut motum a se habet aut aliunde. Sed omne quod motum a se habet est sensibile ut anima. quod aliunde est insensibile ut corpus. Quod si sol luna sidera per se moventur vel ratione vigere videtur quod tam certa tempore tam certa celi spacia custodiunt et quodammodo intellectum huic mundo lumen vel firmam innuunt. sed quod ea rationabilia vel saltem sensibilia corpora arbitrantur iure sensu carere inter irrationabilia computantur. Cum autem vere sint corpora visibilia sed motu careant utputa insensibilia. et tamen moveantur constat profecto quod aliunde moveantur. Restat igitur ea per angelica ministeria moveri similiter ventos. pluvias grandines fulgura totiusque tempestates auras iussu dei per illos moveri qui dubitat et ea sensibilia putat hunc rationem stultum cum insensibilibus refutat. Bruta quoque animalia visibilia humanis per illos secundare vel adversari quod non credunt. aut illa per rationis intellectum hoc facere credunt. longe a ratione recedunt sed et cuncta que in rebus insensibilibus vel creaturis geruntur per illos administrari qui ambigit multum a luce veritatis desipit. Igitur constat angelos vere esse. et cuncta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illorum et nostram scientiam.

q̄ ip̄i om̄es causas rerū anteq̄ euēiāt p̄seūt.
nos aut̄ vix cum magno labore inuestigamus
eas postq̄ res in actu constant.

Emgmatica diffinico dei.

Ca. vii.

Porro sumus sp̄s sicut a nullo intellectu
valet p̄prie cogitari. ita nulla diffinicoe
poterit p̄prie diffiniri vel determinari. Sed quia
intellectualis mēs eū utcūq; agnoscere anhelat.
hec emgmatica diffinitio interim ei sufficiat.
Deus sp̄s est essentia inuisibilis om̄i creature
incomprehensibilis totam vitā. totā sapiētiā. totā
eternitatē simul essentialit̄ possidēs. idē ip̄a vita
ip̄a sapiētia ip̄a veritas ip̄a iusticia ip̄a eterni-
tas exis. om̄em creaturā in se p̄senti in se cō-
nens. Si aut̄ aliquis inhiēs t̄m desipiat ut deū
esse diffidat. hūc solum vere esse et alia om̄ia
ab ip̄o habere esse hac racōe colligat. Om̄is
s̄ba aut p se s̄bistit aut p aliud. S; hūc mūdū
nō subhistē q̄ cendit. hic fatuus est in nichilū
tendēs. Mūdū aut̄ non per se subhistē constat.
dū eum cepisse racō doceat. partib; enī constat.
Om̄e quod partibus cōiungitur vel in p̄tes re-
soluitur ab aliquo utiq; cōiunctōem uel reso-
lucōne patitur. Mundus ergo non per se sub-
sistit. et ideo sequitur q̄ creatura sit. Creatura
autem ad aliquid scilicet ad creatorē refertur.
Solutus autem creator per se ipsum et in ip̄so
existit. om̄is autē creatura p ipsum subhistit.